



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

S. Stephani nobili genere natarum, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

44. *Rudopertus Keutzelius* successit Petro. Præfuit 29. annis. Obiit anno 1495.

45. *Virgilius*, prior S. Petri, eligitur in ejusdem loci Abbatem anno Domini 1495. Præfuit annis sex tantum & paucis mensibus: decessit anno Christianorum 1502.

46. *Wolfgangus de Roschingen* successit octavo Kalendarum Jani ejusdem anni, quo obiit antecessor. Præfuit 16. annis. Obiit anno 1518.

47. *Simon*, ex custode factus Abbas, præfuit annis 4. Exautoratur iterum à Matthæo Langio, Cardinale & Archiepiscopo Salisburgensi, circa festum S. Jacobi anno Christi 1522.

48. *Joannes Staupicius*, Eremitarum domus Augustinianæ præfectus, doctor sacrarum scripturarum eximius & Matthæi Cardinalis consiliarius, eligitur concordibus fratrum S. Petri suffragiis anno 1522. Confirmatur à Cardinale Archiepiscopo. Præfuit 2. saltem annis. Obiit anno Dominicæ Incarnationis 1524. ipsa die Innocentium.

49. *Chilianus* ex Priore Abbas designatur in ipsa Innocentium octava anni 1525. Præfuit 10. annis. Decessit ex hoc lugubri seculo anno redempti orbis 1535.

50. *Georgius Oeller* successit Chiliano. Præfuit undecim tantum diebus, & pleuritide è medio sublatus est.

51. *Egidius* ex custode templi Abbas designatur anno Christi 1535. Præsides laudabiliter hoc adhuc currente Jubileo, sub Archiepiscopo Salisburgensi quinquagesimo octavo, Arionisto, in delyro ac illustrissimo Bavarorum Duce.

Quem precor, annales studiosus ut augeat istos:

Plurima nam dubio prisca habet ille procul.

Hinc laudem, decus atq; sibi nomenq; parabit:

Successoribus hic gratus eritq; labor.



S STEPHANI nobili genere natarum, non equidem monacharum, sed Canonistarum, ab omni jugo & professione liberarum, collegium potius, quàm cœnobium, intra potentissimæ urbis Augustanæ moenia versus septentriones penè, eo ipso

Ppp

ipso loco situm, ubi ab Imperatore Othone Magno Hunni olim magna virtute cæsi sunt, fundatum & constructum est annum Christi circiter 966. à S. Ulrico, Augustanæ urbis Episcopo, Comite de Kiburg & Dillingen, cujus frater germanus Theobaldus Cæsaris castra sequutus ab Hunnis eodem loco cæsus erat. Dicitur est S. Stephani cœnobium, quod Hunnorum Rex ibi à S. Ulrico baptifatus, Stephanus appellatus fuisset. Ejus loci Abbatissarum talis, etsi mancus & imperfectus, extat catalogus.

1. *D. Eleufinia*. Comitissa Dillingensis, germana soror S. Ulrici Episcopi, prima gubernatrix & Abbatissa hujus loci, humata jacet in vicino S. Galli sacello, quod ipsa primum condidisse legitur. Tumulum ejus tali ego honoravi epitaphio:

*Corpus Eleufiniæ jacet hac tellure repostum,
Redricis primæ hac in meliore domo.*

*Spiritus ingenue castæq; piæq; puellæ
Additus est superis Angelicisq; choris.*

2. *D. Agnes* successit Eleufiniæ: sed quo anno præesse coeperit, vel ex hac vita emigrarit, ignotum est. Successorum ejus Abbatissarum nomina interciderunt & ex omni hominum memoria in oblivionem venerunt.

3. *D. Wilbirgis* à Thierheim, nobilis & genere & moribus Domina, legitur decessisse anno Domini 1344.

4. *D. Catharina* à Liechtenegk præfuit anno 1350.

5. *D. Catharina*, ex celebri ac prænobili familia Pincernarum de Winterstetten nata.

6. *D. Agnes ab Ostenheim*.

7. *D. Elisabetha* à Lichtenau decessit ex hac vita anno Domini 1438.

8. *D. Ursula* à Wiler, Burcardi nobilis viri nobilissima filia, eligitur in Abbatissam Canonissarum S. Stephani an. 1438. Præfuit laudabiliter & utilissime annis 36. Obiit anno Domini 1475.

9. *D. Anna Harscherin* successit Dominae Ursulæ. Præfuit 13. annis utiliter & prudentissime. Obiit anno Dni 1488.

10. *D. Anna* à Werdenstein præfuit 9. annis & exauthoratur.

11. *D. Ur-*

11. *D. Ursula à Berenstetten* eligitur anno Domini 1497. Præfuit annis 20. summa cum laude & utilissime. Obiit anno Domini 1517. tertia Februarii.

12. *D. Anna ab Ostenheim* præfuit quinque penè annis. Obiit anno 1521.

13. *D. Agnes à Giltlingen* eligitur tertia Jani anno 1522. Præfuit per unum saltem annum & menses quinque. Obiit anno Domini 1523. Sepulta in ambitu S. Stephani.

14. *D. Anna à Freiberg*, patre Joanne, Equite aurato, matre vero Geneva de Rodt nata, eligitur in Abbatissam duodecima Junii anno Christi 1523. Secessit propter mutatam religionem ex Augusta Hochstadum (quod oppidum Palatinorum ditionis ^{Hochstädt.} tum erat, hodie belli jure Cæsareæ Majestati paret, ad Danubium situm) anno 1537. Rediit Augustam anno 1548. circa festum S. Galli, ubi hoc adhuc currente Jubileo feliciter præfidet. Vixit ejus ætate in hoc cœnobio corporis & ingenii bonis præclarissima Domina, Catharina à Fridingen, Hegoviana, quæ anno Christi 1538. prodiit & Doctori *Paulo Phrygioni* nupsit, diligenti- ^{Paulus Phrygio.} tissimo chronographo ac sacrarum scripturarum in Academia Tubingensi eximio Professore, hero & alumno olim de me optime merito, quem honoris causa & gratitudinis ergo huic loco inferendum censui. Honoravi utriusque tumulum piis epitaphiis, extantibus in silvarum mearum libro primo, Lipsiæ olim excuso.

Est vero & aliud monialium cœnobium longe pulcherrimum, amoenissimumque, & sumtuosissime extructum in Augusta Vindelicorum, post Dominorum Fuggarorum magnificentissimas in vinario foro sitas, & à Divo Carolo V. Imp. Aug. hodie habitatas ædes, S. Catharinæ dicatum, ordinis Prædicatorii vel S. Dominici. Id extra urbis moenia & octo lapidibus ad urbe, in loco ^{S. Catharina Cœnobium.} cuiusdem *Gries* dicto, coepit: sed in urbem receptum & translatum, ibique denuo quasi fundatum est anno Christi 1250. à Domina Christina de Wellemburg, quæ in hoc ipso cœnobio suo vixit & vitam in terris mortalem absolvit, ibidemque decenter humata est in ambitu Ecclesiæ ante domum capitularem, ubi cubat etiam illustris Principissa, Domina Agnes, Marchionissa

Burgoviensis, quæ in eodem cœnobio monasticen professa est, & ex mortalis vitæ hujus turbulento pelago ad æternæ salutis portum enatavit anno gratiæ per Christi meritum nobis restitutæ 1263. Habuit hoc cœnobium semper gubernatrices Priorissas, quarum talis est series & catalogus.

Catalog.
Priorissarum.

1. *Agnes Harschnerin*, civis Augustana.
2. *Lucia Langenmentlin*, & ipsa civis ac Patricia.
3. *Anna Endorfferin*, civis.
4. *Elisabet a Egina*.
5. *Elisabet a Warreism*.
6. *Anna Waltherin*.
7. *Veronica Welferin*.

8. *Felicitas Endorfferin*, sub cujus gubernatione coepit mutari genus doctrinæ & religio. Decessit illa anno Domini 1547.

9. *D. Susanna Ehingerin*, Patricia Ulmensis, procera, facunda & præclara herois, præsidet hoc adhuc anno Christi 1551. quo potentissimus Romanorum, Germaniæ, Hungariæ ac Bohemiæ Rex, Divus Ferdinandus, regium sacellum suum in hoc ipso cœnobio habuit, in cujus honorem talem lusi sub ipsis Comitibus in Amicorum (quos ibi etsi rudi & vere extemporanea Musa celebravi) gratiam, encomiasticam hanc elegiam, reverendo patri ac clarissimo viro, Domino *Primo Lacunario*, Styro, Canonico Viennensi & Vice elemosynario regio, amico meo singulari, sic dicatam.

Primæ Lacunari, vir doctæ, vir optime, Musæ
 O decus, & magnum presidiumq; meæ,
 Accipe de Regis nostri cantata sacello
 Carmina, quæ chari muneris instar habe.
 Tu jam (nomine primus ut es) sic re quog, primum
 Præcipuumq; hujus diceris esse decus.
 Namq; absente Labacensi, tu maxime Prime,
 Omne geris tanti Præfulis officium.
 Sacra facis coram sacro Rege, stipemq;
 Porrigis ejusdem nomine pauperibus.

At

At venit hora, ubi te fulgere videbimus omnes,
 Et veste ornatuui Præfulis ire pii.
 Tum (quem marmoreum saltem isto tempore feci)
 Aureus in nostro carmine totus eris.
 Et cui nunc pro auri precioso munere chartas,
 Victuras tamen in secula longa, damus:
 Huic aliquando aurum sacras ponemus ad aras,
 Auri si nobis copia major erit.
 Nunc præter chartas habet hæc nil nostra supellex:
 Ergo quod est, damus: Et turba parata damus.
 Tu le ve minus amore tuo dignabere clemens,
 Inq, tuis charis rebus habere voles.
 Sic mihi scribendi melioris carminis ad te
 Omnino dabitur non le vis ansa. Vale.

22. Novembr. A. à nato Christo 1550.

ENCOMION REGII SACELLI.

Lusinus Augusti nuper de Regis honesta
 Conveniens pueris carmen inersq, schola.
 Lusinus, ut Regi gratum faceremus Et aule,
 Qua vix sub toto mitior ulla polo est.
 Lusinus, ut pueros exhortaremur ad artes
 Discendas (quarum est author Apollo) bonas.
 Hoc quoniam placuisse viris doctisq, bonisq,
 Audio, quos habet hæc Principis aula mei,
 Conabor simili nunc illustrare sacellum
 Laude, in quo fieri regia sacra solent.
 Tu mihi, Musa, fa ve, facili quæ ludere plectro
 Semper amans, virum in carmine Numen habes.
 Augustane urbis jacet in tramoncia templum
 Non procul a magni Cesaris hospitio.
 Id di v.e sacrum Catharine: virginis
 Nympharum æternæ dicitur esse domus.

Ppp 3

Proposi-
 tio figu-
 rata tran-
 sitione.

Invoca-
 tio.

Narratio
 inchoata
 à Topo-
 graphia.
 In

In qua Patricio Vestales sanguine nata
 Canonica Divos religione colunt.
 Templum ipsum tanquam ni veo est ex marmore factum,
 Sublime & vario munere conspicuum:
 Omnibus ornatum rebus, quas Seres & Indi,
 Aut reliquæ gentes totius orbis habent.
 Illic conveniunt festis ad sacra diebus
 Rex, Electorum turbaq; diva Ducum.
 Fernandus post æ levam Rex occupat aræ,
 Imperii Cæsar maximus ipse sacri,
 Quo nihil æquè Augustum aut æquè nobile tellus
 Christiadum (latè quam patet illa) videt.
 Pone Moguntinæ magnus stat Episcopus urbis,
 Quem sequitur Tre vir, & cætera turba Ducum.
 A dextris aræ stat Maxmilianus, & hujus
 Fernandus frater, charus uterq; Dñs.
 Quorum hic è regno Moltavi nuper ad urbem,
 Ille sed Hispano venit ab orbe procul.
 Austriacæ decora alta domus, duo lumina terræ,
 Per quam se medii Rhenus & Ister agunt.
 His vicinus adest Agriensis Episcopus ipse,
 Olabus, Ungarici maxima fama soli.
 Regis ut orator, sic consiliarius ingens,
 Heros eloquio consilioq; gravis.
 Quem prope Christophorus noster Werdwinius astat,
 Phorcensi clara Doctor in urbe satius.
 Doctrina, eloquio, virtuteq; nobilis heros,
 Heroa serie corporis eximius,
 Quo doctum os reserante, omnes Regesq; Ducesq;
 Non secus, ac cæli Rege loquente, stupent.
 Surgentem tumidasq; virum mirantur in iras,
 Iras, quas zelus concitat acer ei:
 Dum Divorum ardentem opus facit, increpat atq;
 Peccati, ceu cæstro percitus, omne genus,

Divus
 Ferdi-
 nandus
 Rom. &
 Germa-
 niæ Rex.

Electores
 ac ceteri
 Principes.

Regii fi-
 lii.

D. Nico-
 laus Ola-
 bus.

D. Chri-
 stophorus
 Werdwini-
 nius.

Non cuiquam parcens, imò nec regibus ipsis,
 Si quid designent forte ferantq; mali.
 Proximè ad aram in conspectu Regisq; Ducumq;
 Docta sacerdotum turba stat ante Deos.
 Quorum est Antistes doctrina & nomine magnus,
 Urbanus, meritis maximus atq; fide.
 Ipse Lavacensis venerandus Episcopus urbis,
 Quem veluti numen regia tota colit.
 Quo sacrum faciente, & Rex applaudit & ipsa
 Tota Electorum concio sacra Ducum.
 Nam velut ad patrios è mundi carcere coelos
 Sublatus, summos & velut ante Deos
 Non astat secus, Angelicum quàm Numen, ad aram,
 Augusto recitans mystica verba sono.
 Talis in æde sacra est, foris autem nomine Regis
 Pauperibus placidus porrigit ille stipem.
 Ipsius hinc nunquam non est ad lecta sacrasq;
 Oppressæ plebis magna caterva fores,
 Ex æquo cui distribuit, quæ regia cura
 Pauperibus mandat munera larga dari.
 Huic est proximus & veluti successor habendus
 Distribuendæ hujus in stipis officio,
 Eximia dominus Primus virtute coruscus,
 Ille Lacunaris nomina prisca tenens:
 E Cyliesi ipso Comitatu natus, in urbe
 Stirensi, parva, non tamen incelebri.
 Vir doctus, placidus, gravis, ingeniosus, honestus,
 Integer, & verè candidus atque bonus,
 Munificusq; pater, verè & dignissimus, olim
 Qui præclarum aliquod Præsul orville regat.
 Et facundus ut, eloquii sic munere clarus,
 Æternas mea cui Musa precatur opes.
 Quem mihi amicitia conor dum jungere vera,
 Sacra vi illustri hæc carmina nostra viro.

D. Urbanus,
 Episcopus
 Lavacensis.

D. Primus
 Lacunarius.

Car-

D. An-
dreas Ke-
besinus.

Carmina magnanimi Regis quibus orno sacellum,
Quo quicquam augustum non habet aula magis.
Tertius, Andreas Kebesinus, natus in ipsis
Auriferis regnis, Pannonis ora, tuis.
Præpositus Budæ Regalis scilicet olim,
Quæ canis est Getici facta rapina modo.
Mox reparata manu forti Regisq; Ducumq;
Christiadum fiet rursus, ut ante, soror.
Vir miralucens morum gravitate, favorem
Qua sibi conciliat regis ubiq; sui.

D. Ste-
phan. Pir-
ckbeime-
rus.

Sed doctus quoq; Somnigena virtute decorus,
Et cui barbaricæ nil feritatis inest.
Quartus in ordine, Stephanus est, vir honestus & oris
Gratia & ingenii nobilitate potens.
Ex regione supra ipsum Anasum satus, excipit illum
Uberior Trauni factus ubi Ister aquis.
Is Pirckbeimero Wilibaldo sanguine junctus,
Non est huic stirpi gloria parva suæ.
Musicus insignis, Musas non pectore falso
Diligit, & doctum quicquid Apollo docet.
In pulchro probitas, pudor atq; modestia vultu,
In sacro pietas pectore vera sedet.

D. Vin-
centius
Xinthus.

Quintus in hoc cœtu meus est Vincentius, ille
Doctrina juvenis & pietate gravis.
Stemmatis à prisca dictus cognomine Xinthus,
Cum quo communis patria penè mihi est.
Ille Bohemorum namq; in prædite natus
Est regno, armipotens urbs ubi Sara jacet.

D. Joan-
nes Ga-
spar Rud-
landus.

Ipsæ mea Egræ nationi debeo & urbi
Auspicia & vitæ semina prima meæ.
Quos patriæ ergo amor atq; fides conjungit, eosdem
Junxit amicitia non male laude Deus.
Sextus at hos sequitur Gaspar Rudlandus, is ortus
Est patre præfecto, parvula Brettæ, tuo.

Vir doctusq; bonusq; & doctis sanguine junctus
 Eximius aliquot laude fideq; viris.
 Qui non Palladis est tantum (quæ diligit artes
 Ingenuas omnes) castra sequutus iners:
 Istius at quog; Palladis, & quæ præsidet armis,
 Et quæ præclarum nil sine Marte facit.
 Cesaris hinc regisq; est martia castra sequutus
 In variis terris per duo lustra fere.
 Testes sunt Ister, Savausq; & Pannonis ora, &
 Westphala Saxonico terra propinqua solo.
 Testes sunt Albis rapidus vitreusq; Visurgis,
 Quantus in hostiles i verit ipse manus.
 Qua peperit virtute sibi nomenq; decusq;
 Et laudem, extinguet quam mala nulla dies.
 Nuper Romulea dum jubilus annus in urbe
 Floret, ubiq; suas Romaq; spargit opes,
 Ipse valedicens Marti, se ad sacra Deorum
 Contulit, adq; aras (quas habet aula) pias.
 Hi Psalmos & sacra canunt equalibus omnes
 Vocibus, unisona sub ratione sitis.
 Cetera turba, quibus cantorū dispar e Musa
 Ac variis reddit læta parerga modis,
 Cantorum Regis chorus inquam maximus, in quo
 Præcipue laudis nomina Petrus habet
 Massenus, latio Moderatus nomine dictus,
 Quem gnatum agnoscit Flandria docta suum.
 Totius ille chori cantus qui digerit omnes,
 Ad cuius nutum cetera cuncta cadunt.
 Nobile Gandavum quo sese jactat alumno,
 Qui multorum urbes vidit & ora virum.
 In quem unum conclusit opes soror inclyta divum
 Omnigenasq; artes Musica tota suas.
 Quem prope & ipse sedens studiose observat Jopas,
 Ejusdem fidus compatriota Petri,

Q99

Clarus

Cantores
 Regii.

D. Petrus
 Massenus
 magister
 sacelli.

D. Jaco-
bus Bo-
buso Or-
ganicen.

Apostro-
phe ad
Carolus
Archidu-
cem.

Epilogus
per ady-
naton.

Clarus Jacobus ingenio, quem à nomine gentis
Tota Bobusonem musica turba vocat.
Quo vix componit pia cantica promptius alter,
Sub cuius digitis barbitos apta crepat,
Barbitos ex hilarans vario modulamine & almi
Regis & astantum pectora celsa Ducum.
Quos inter medius tu, Princeps Carole, fulges,
Editiore tamen conspiciende loco:
Carole, Fernandi regis ter maxime filii,
Qui Cæsar nobis Carole sextus eris:
In quem defigunt unum sua lumina, templi
Quicunq; hæc sacrilumina sacra petunt.
In pueroq; putant se Augustum cernere quidam,
Quo terrarum orbis debeat ipse regi.
Orbis (dico) per Austriacos Dominosq; Ducesq;
Qui mundi ad fines usq; regendus erit.
Cetera totius si vellem numina templi
Dicere, deficerent tempus & hora mihi.
Non mihi si lingvæ centum & totidem ora super sint,
Cuncta au sim numeris commemorare meis.
Hæc tibi de multis vero paucissima, lector,
Sufficiant modo: quæ si, velut opto, probas,
Plurâ aliquando leges de sacro utriusq; sacello
Cæsaris & regis condita scripta. Vale.

S. Ursule
Cænob.

Est & tertium monialium, sed Franciscani saltem instituti
pauperularum, aut certe non tam (ut sunt aliæ) opulentarum
fororum elegans cœnobiolum in urbe Augustana ad Lycum
amnem situm, ac S. Ursulæ dicatum. Id ex mendicitate emerfit, &
nuper adeo ab Episcopo Augustanæ ecclesiæ laudatissimo ac
optimo, Domino Christophoro à Stadion, auctum ac liberaliter
est donatum: quem solum ejus loci forores pro fundatore ac præ-
cipuo benefactore suo jactare solent.

THEODORI cœnobiolum Bambergense, quod incolæ ur-
bis corrupta & abbreviata voce Sandt Oders vocant, No-
bilium